



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Libellvs De Principalitate Romanæ Ecclesiæ**

**Roth von Schreckenstein, Hieronymus**

**Ingolstadii, 1550**

**VD16 R 3252**

Cvm Sola Romana Ecclesia Catholica & Apostolica sit, et in primitiua  
Ecclesia pro Catholica & Apostolica habita, necessario colligitur eam esse  
Principalem. Diuus Ambrosius XXIII. q. I.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30126**

ROMANAE ECCLESIAE.

PETrus Sanctus Magister & Princeps Apostolorum de Antiochia utilitatis causa translatus est Romam, ut ibidem proficere posset.

LEX PRIMÆ. C. DE SVM.  
*Trinit. & fide Catholica.*

Cunctos populos quos Clementiæ nostræ regit Imperium in tali uolumus Religione uersari, quam Diuum Petrum Apostolum tradidisse Romanis religio usq; adhuc ab ipso insinuata declarat.

Impudentissimum nunc pie Lector mendaciū deprehendere potes, affirmantium Petrum nunquam fuisse Romæ. Ita ut nescias maior ne sit uanitas calumniantium, quam stulticia credentium.

CVM SOLA ROMANA ECCLESIA Catholica & Apostolica sit, et in primitiua Ecclesia pro Catholica & Apostolica habita, necessario colligitur eam esse Principalem.

*Diuus Ambrosius XXIII. q. I.*

Aduocauit ad se Cyprianus Episcopum Satyrum, nec ullam putauit ueram nisi ueræ fidei gratiam, per cuius statusq; est ex eodem, utrum ne de Catholicis Episcopis esset: hoc est si cum Romana Ecclesia conueniret.

C ij Optima

## DE PRINCIPALITATE

Optima igitur est Argumentatio iuxta & antiquissima à Catholica Ecclesia ad Romanam, ut si dicas aliquem Catholicum esse necesse est cum Ecclesia Romana ipsum convenire. Sicut enim est unum Corpus, unus Spiritus, una spes uocationis nostræ, unus Dominus, una fides, unum Baptisma, unus Deus, sic est unica Catholica Ecclesia, una columbamea, perfecta mea, & una electa filia genitricis suæ. Ad Eph. 4. Canticor. 6.

Sic Alexander Primus, Pontificum septimus sub Traiano Principe Martyrio coronatus in ipsa primitiua Ecclesia. In 2. Epistola omnibus fratribus scripta, scribit Roma, Salutatur uos omnis Apostolica Ecclesia, quæ epistola omnibus alijs Christianis scripta est. Cum igitur Epistola hæc ad omnes alias Ecclesias scripta sit, necesse est tum temporis in primitiua Ecclesia omnes Christianas Ecclesias tenuisse & habuisse Romanam Ecclesiam pro sola Apostolica & Catholica Ecclesia.

**CUM ECCLESIA SIT CORPUS Christi, Vnicam, sanctam, Catholicam & Apostolicam Ecclesiam credere debemus, neque eam tanquam sacratissimum corpus CHRISTI uarijs sectis scindere.**

**P**AVLVS ad Corinthios prima cap. xij. Sicut enim corpus unum est, & membra habet multa, omnia autem membra corporis cum sint multa, tamen unum corpus